Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



de qualiter mali persecuntur exequitur.
Inpugnant tribus modis. scil. lingua
manu. corde. & de corde premittit di-
cens. Qui cogitauerunt, ci. d. Eri-
ag. pe me a populo malorum. qui & si
in labiis plurimum bona pretendant.
tamen cogitauerunt iniquitates
in corde. ab his maxime eripe. Fa-
cilius enim uitaretur aperta inimi-
cicia. quam occulta. Ille enim dif-
ficile uitatur. qui in labiis bona
portat. & in corde mala occulta.
quia nulla pestis efficatior. quam fa-
miliaris inimicus & hii tales tota
die. i. continue. constituebant mihi
prelia. i. scismata. & hereses. contra que
ag. pugnarem. De cordibus enim taliu
bella semper proueniunt. & si uerba sint
ca paccata. Per hoc quod ait Tota die. con-
tinua eorum nequicia ostenditur. non
lassata per moram. Deinde qualiter lin-
gua persequantur ostendit. Acuerunt
linguas suas. i. uerba nequicie sue
polierunt. addit. sicut serpentes.
Congrue comparat eos serpentibus.
ag. In serpente enim astucia & dolus
nocendi est. ideo & serpit. non ha-
bens pedes. ut audiatur dum ue-
nit. Intinere serpentis lenis est
tractus. sed non rectus. Sic ergo ma-
li serpunt ad nocendum sub leni con-
tractu. habentes occultum uene-
num. Vnde subdit. uenenum as-
pidum. Venenum insanabile est
ag sub labiis eorum. In labiis alia ha-
bent. deinde de persecutione que
fit manu & opere. subdit dicens.
Custodi me domine de manu pecc.
ca i. diaboli. quia ualidus est ad no-
cendum. vnde princeps mundi
dicitur. Ideo iste petit custodiri
ab eo. quia per multa diabolus fal-
lit. que iste per se nequit precauere.
ca & ab hominibus iniquis. i. amen-

bris eius per quos conatur. quod per se
nequit. eripe me. ut non noceant. non ca ag.
dico in causis seculi. sed in uia domini. Vn-
de subdit. Qui cogitauerunt
sub plantare gressus meos. i. deci- ag
pere a uia dei. scil. retrahere. Per hoc
quod ait sub plantare. Nota quod
uicinas uie domini foueas parant. ca
Deinde qui sunt inimici ostendens
subdit. absconderunt superbi laque-
um michi. uel muscipulam mihi.
hoc scil. superbi nomine. breuiter to- ag.
tum corpus diaboli explicauit. In-
de. s. ex superbia est. quod iustos ple-
rumque se dicunt cum sint iniqui.
inde est quod nolunt confiteri
peccata. inde etiam est quod inui-
dent ueris iustis. Omnis enim sup-
bus & inuidus est. Sicut diabolus
qui inuidet homini. quod perdidit.
Quia enim amisit regnum. homi-
nem illuc peruenire noluit. et non
uult. & id agit nunc. ut homo
illuc non perueniat. unde ille eiec-
tus est. Et illi superbi quid fecerunt.
Ecce. Et funes extenderunt. uel
restes in laqueum. &c. i. peccata sua ag.
que michi suadent facere. de quibus
dicit ysaias. Ve his qui trahunt pec-
cata sicut restem longam. restis
dicitur peccata. quia in peccatis per-
seuerantes addunt peccata pecca-
tis. & cum deberent accusatione
peccati sui corrigi. defensione du-
plicant. ut qui defendit quod
male egit. & plerumque aliis pecca- ag.
tis uult esse munitus propter illa
que commisit fecit adulterium.
& ne occidatur patrat homicidium.
addit peccato peccatum. scil. ad-
ulterio addit homicidium. & pil-
lo rursus forte ueneficium. & ita
producitur restis. non utique de rec-
tis sed de tortis filis. ut sit ei.